

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

MANI VM

Quod superest e Lu-
ciano dialogorum,
Ottomaro Lu-
scino, Argē-
tino, iuris
pont.
Doctore,
inters-
pte.



Magnifico & clarissimo viro Ioanni Grolles
rio, christianissimi Francorum regis a secre
tis., & Insubriæ quæstori primario, Otto
marus Luscinius, iuris pont. Doctor, S.D.

Videre videor mihi meo quodāmodo iure fecis
se Ioannes grolierie, literatorum atq; adeo litera
rum huius qui præsidium atq; decus insigne, ut il
lo meas lucubrationes, seu magis intempestiuos
quosdam conatus referam, quo solet turba erudi
tiorum. Quom em abhinc annū lustrarem Italiā,
atq; ibi uno omniū ore alterū te studiosorū Mœ
cenatem prædicari acciperem: quādo certatim rei
literariæ antesignani & longe principes, vigilias
suas tibi inscriberent: non potui non probare tā
acre multitudinis de te iudiciū. Evidē falli tam
emuncte naris viros haud quaq; posse, porro au
tem fallere, a moribus huiuscmodi arbitrabar eē
q; alienissimū. Itaq; tam insigni doctissimorū ho
mīnum extimulatus exemplo, etiā atq; etiam of
ferri nobis occasionem optabam, quantulocūq;
xeniolo animū in te nostrū tibi cōmendandi: vel
hocipo potissimū mihi visus sapere, q; sapientes
& si impari successu, non tamē dissimili admodū
studio conarer imitari. Nec voto sane defuit ma
teria, q; ppe haud ita multo post Argentorati hic
apud Belgas, Maniū e Luciano dialogi prælo lite

34

rario extudendi tradebatur: ac preter Erasmitos
illos iam antea vulgatos, ac aliorū, etiā nostri qui
dam, animi causa aliquando per ocium versi, quo
suis numeris opus constaret, cooperant desydera-
ri. Vnde si illos tuę pręstantię dedicare velim, fa-
cile paratam nobis ansam explendi animū vide-
bam. At qui nō eram nescius, hosce meos ab Eraf-
mi pręceptoris, ac parentis loco venerandi, phras-
si ac dicendi maiestate tam abesse, qđ que absunt
longissime: que res instituto nostro diu refraga-
batur. Quis em̄ ex tanto interuallo dissita coniū-
gere non reformidet? Cæterę vicit tandem ratio
tibi Grolierie, qui vere Apulei dignus es elogio,
inter doctos nobilissimus, & inter nobiles docti-
simus, labores nostros exiguos qđē illos, & me-
ritis tuis longe inferiores, μημοσύνων cuiusdaz vi-
ce offerendi: qui haud dubio scires, qđ elegant ab
Artaxerxe Persarę rege dictum sit, ὅντες Ἀπόλλων
σιλητὸν καὶ φιλάνθρωπον ἔχοντες, τοῦ μεγάλα διδόναι τὸ
μακρὰ λαζαβάνειν ἐν μενῶσ καὶ προθύμωσ. Enī igit̄ tuis
auspicj̄s hoc muneric, vel potius animi in te mei
indiciū, ceu scapham quandā nauī onerariæ passi-
sumus adnecti, merces aliquando cumulatores,
sicubi ventos magis benignos senserimus, tibi al-
laturi. Bene interea vale, & me vel postremo lo-
co in coetum admitte studiosorū qui te venerant
ac faciūt plurimi. Argentorati Nonis Ian. 1519.

MANIVM DIALOGI E LV.

Locutores. Diogenes, Pollux. DIO.

M Andata tibi Pollux a nobis q̄z citissime i vi tam migranti perferenda sunt. Siquidem (n̄ fallor) tui cras erit muneris, ut reuiuiscas. ea sunt huiuscemodi. Viso alicubi Menippo illo cinico, Corinthi pone Crangum, aut in Liceo, illuc enim in gymnasij facile offenderis hominē, contēdentes mutuo philosophos irridētē, ne oro graueris h̄jsce virum verbis compellare. Iussit tibi Menippe Diogenes, si satis iam riseris quæ agunt in terris, manes petas: ubi m̄sto plura quæ rideas sis habiturus. Nā illuc etiamdū quod rideres in ambiguo erat, necq; vero id mediocrit̄. Quotus enim quisq; est in tanta rer̄ varietate, qui humana q̄z proflus norit exacte? Ceterq; apud nos (quod & meū nunc est negocium) a constanti risu vix unq; tibi temperaueris: potissimū sicubī videoas divites illos, satrapas, & tyrānos tā abiectos & ignobiles, ut solo ciulatu ab alijs dignoscantur. Deniq; iam estimes licebit, q̄z sint effeminati atq; degeneres, ex immodico terrenarum rerum affectu & recordatiōe. Proinde admonitū abs te velim, ut lupino plurimo peram impletā secum adserat, aut forte Hecatis coenam, ouuumue ex lustratiōe, vel aliud quippiam huiuscemodi repertum in tri

O. LVSCINIO INTERPRETE

uius. POL. Reddam e quidē illū de his certiorema
Diogenes. Sed quonam modo potissimū homi-
nem cognouero: aut qualis illi est facies? DIO.
Vetus est, & caluus, lacerna amictus passim p-
forata, & omni ventorum flatui peruria. ea in pli-
cis hincinde pāniculis variata est q̄ plurimis. Per
tinax vero illi risus est, & irrequieta philosopho-
rum fastus & arrogantie contéplatio. POL. Fa-
cile illum apud hosce inuenero. DIO. Num &
a nobis mādati q̄ppiā feres philosophis? POL.
Tu modo isthuc exponas. non em tantillo nego
cio grauabimur. DIO. Iube obsecro, ut prorsus
ab instituto suo posthac abstineant. Nil em iā ali
ud agere videntur, q̄ meritis nugis omnia inuol-
uunt. De cunctis rebus digladiantur: cornua sese
mutuo habere, & crocodilos esse inuicē, colligunt
argumentis. Deniq̄ inaccessa quedā, & nulla un-
q̄ ratione inuestiganda, in dīagare mentē perdo-
cent. POL. Sed rudem me esse prēdicabunt, &
omnis eruditōis expertem, qui sapientiā eorum
maledictis lacerauero. DIO. At tu contra ijs a
nobis refer, ut plorent. POL. Facile nunciaue-
ro. DIO. Diuites vero o Pollux, amicissime his-
ce verbis affare. Quid oro nebulōes & nihili, au-
rum tātopere afferuatis? Cur dein cura & cruci-

Proverbi
alii dictū.

MANIVM DIALOGI E LV.

atu vosipos conficitis? Porro aut, quid vobis & foenori, quo talentū accrescit' talento? Quando, quidē p̄t̄ obolum, nihil est quod a vobis huc properantibus iam olim exigetur. POL. Refe-
rentur illis tum & h̄c quoq;. DIO. Verē ījs qui forma p̄stant ac viribus, Megillo corinthio, & Damoxeno luctatori dicio: q̄ apd' nos sicut nec flaua quidē coma, aut oculoꝝ gratia, vigor ue ex-
tat et rubor vultus: ita nūsc̄ etiā neruos inuenias robustos, aut potentes humeros. Sed magis una omniū pulchritudo. Idem (quod aiūt) puluis est,
& renudat, glabreꝝ caluariæ. POL. Neq; hoc grauatim robustis dicere & formosis curauero.

DIO. Inopes proinde qui ī felices sunt rerꝝ suc-
cessu, & misere premuntur rerum penuria, quoꝝ
haud mediocris turba est, nostris Spartane ver-
bis soleris: dic ne lachrymētur, neue lugeant. qđ
fiet siml' atq; illos de ea æqualitate quę apud nos
est certiores reddideris. Non em̄ visuri sunt quę
piam sibi ex diuitū numero hic p̄ferri. Deniq; si
taliter visum tibi fuerit, eodē hoc nostro sermōe
Lacedemonios tuos corripe, libertatem hac via
illis promittens. POL. Ne quicq; de Lacedemo-
nijs dixeris Diogenes, non em̄ tolerauero; verū
quę ad alios mādata dedisti exequat. DIO. Ita,

O. LVSCINIO INTERPRETE

36

qd̄ dimittamus eos, quādō sic lubitū est, dūmodo
ad alios quōs p̄dixi cōmissa nostra retuleris:

PLVTO, vel delatio contra Menippū.

C R O E S V S.

I Niquo animo contuberniū Menippi huius ci-
nici ferimus Pluto, itaq; nisi illum loco submo-
ueris, nos alio cōmigrabimus. PLV. Qua oro
molestia vos poterit afficere, qui p̄inde mortem
obj̄t atq; vos omnes. CRoe. Si quādō erūpen-
tibus lachrymis cū gemitu, memoria repetimus
ea quæ apud superos sunt in vita, Midas aurum,
Sardanapalus plurimā voluptatem, & ego the-
sauros, subsannat ille, & probris atq; cōuicj̄ ob-
strepit, modo mancipia nos appellans, modo sce-
lestos. Ad hæc cantu suo nobis fletum intercipit
ac cōturbat: deniq; prorsus est molestus. PLV.
Quid isthuc rei est quod aiunt Menippe? ME:
Vere hæc de me dicunt̄ Pluto, siquidē odium me
quoddā exagitat in ignobiles istos & pernicio-
sos, quibus non erat satis perpetam vixisse, nisi
etiam vita iam functi, preterito recordatione, qd̄
corpore nō liceat impleat̄ mente. Lector itaq; ego-
& illos subinde laccesso. PLV. At vero parū de-
cens id est, quandoquidē iure quodā tristant̄, re-
bus haud exiguis orbat̄. ME. Videris mihi &

MANIVM DIALOGI E LV.

ta quocq; despere Pluto, qui suspirij huiuscemo-
di patrocinaris. PLV. Haud quaç. non em mei
est instituti ut inter eos concitem dissidiū. ME.
At vos Lydor, Phrygum, & Assyrior oim im-
probissimi, ita habetote, ut nullus mihi sit a ppo-
sito desistendi animus: sequar quoç demigra-
ueritis, irritabo, canam, irridebo. CRoe. Quid est
obsecro, si hęc contumelia non est? ME. Falle-
ris Croese: sed (quod vestrū fuit negotiū) per fas-
tum & insolentiā dignum se se estimare, quē de-
orum vice homines adorent, liberis viris impone-
re, & mortis in totū obliuiscit, hęc sunt quae nō fi-
unt preter contumeliā. Flete igit modo harū rerū
copia destituti. CRoe. Dij boni, quanta ego vi-
opum? MI. Quanto quidē ego auro? SAR.
Ego vero quantis delicijs? ME. Agedū sic facie-
te: vos lugeatis, at ego interim verbum istud ad-
Prouerbii iecero, noſee teipſum, concentuq; vos mulcebo.
alt dicitur. Nā is potissimū talibus lamentis yidet cōuenire.

Mercurij, & Charonis. MER CV.

P Educamus ad calculum, si lubet Portitor, ea
omnia quę miki debes modo: ne rursus con-
tentio hoc pr̄textū inter nos oriat. CHA. Re-
ducamus Mercuri. melius est em atq; expeditius
id fieri q; primū. MER. Anchorā primo curauī

ut haberes quinque drachmis. CHA. Magno di-
cis. M. Per Dite, quinque mercatus su Lora dein-
de ad vinciendos remos duobus obolis. CHA.
Pone quinque drachmas & duos obolos. MER.
Item acum ad velum quinque obolis. CHA. Ad
de & illos. MER. Ceram quoque pro obstruen-
dis nauicule rimis, deinde clauos, & funiculu uns-
de fecisti rudente, oia duobus drachmis. CHA.
Age, digna hec vidente que emamus. MER. Hec
sunt omnia, nisi me aliud preterijt in facienda ra-
tione. Sed quando ista reddituru te mihi pollice-
ris: CHA. Nunc Mercuri haud quact possibi-
le est: vere si pestilentia, aut bellum aliquas huc co-
pias transmiserit, tum ex frequenti traiectu lucru
nobis accrescit nauili. MER. Ego igitur sedebo
& pessimum hunc reve statum expectabo, veluti
ex aliore pernicie mihi paraturus emolumētum:

CHA. Vides Mercuri presentē temporē condi-
tionē, haud alir euennit: pax est, perpauci huc acce-
dunt. MER. Melius certe sic agetur, ut diu diffe-
ratur debitum. Cetere veteres Charon nosti, qua-
les olim aduegerint, nempe viriles cuncti, sanguinolenti,
& bona pars vulnerati. At nuc quisquis
moritur, venenum hausit paratu ab uxore, vel libe-
beris, aut immodice voluptatis usu ventre intu-

MANIVM DIALOGI E LV.

mescente, cruribusue interiit. Pallent sane omnes
quicunq; iā huc deflectūt: plerūq; opum gratia p
īnsidias necati. Ignobile pfecto vulgus, & priscis
illis nulla ratiōe conferendū. CHA. Atq; id est
quod sumopere omnes iure exoptant. MER.
Viderer igit̄ vehemēter delinquere, si paulo acer
bius a te debitum exigerem.

Philippi macedonis, & Alexandri. PHI.

NON igit̄ inficiaberis Alexāder ex me progna
tū te esse filiū. nā ad louē hāmoqē genus pa
nū referens mortē non obīsses. ALE. Necq; ve
ro nescius erā pater Philippi amynti me esse filiū:
sed quia ad res gerendas sic mihi vīsum erat con
ducere, commento hoc usus sum vaticinij. PHI.
Quid ais? Conducibile id tibi vīsum, ut vatibus
impostorib; fallendū te exponeres? ALE. Nō
isthuc, sed barbaros in mei admirationē tractos,
facilius hoc p̄textu nostro subdidimus imperio.
quū nemo unus viribus nostris haetenus restite
rit: quippe hac sola opiniōe ducti, q; aduersus de
um sibi esset p̄gliandū. PHI. Subegisti sane nō
nullos quib; sufficere viribus poterās, sed timi
dos illos, & arculis, peltarijs, ac gerris vimieis pri
us profligari solitos. nam iū sunt quibus cum tibi
semper pugnā capessere mos fuit. Atqui græcos

O. LVSCINIO INTERPRETB.

armis domare, Boeotios, Phocides, Atheniense,
 & id genus alios, operis fuerat strenui atq; ma-
 gnifici. Arcadū insuper sustinere armaturā, equi-
 tatum thessalū, Eleorum iaculatores, Mantineos
 peltis iunctos: aut cum Thracibus, Illyricis, Pe-
 onibus ue manū conserere operosum pfecto at-
 q; arduū id fuisse in primis. Ceterz Mēdos, Per-
 sas, & Chaldeos delicatos ac plurimo auro cōspi-
 cuos, nō satis cōpertū habeo quonā modo ante
 te duce Clearcho mille viri bello adorti expugna-
 rint, foedē in fugā actos anteaq; ad manus ventū
 fuisse, ne dicam ad iacula. ALE. At vero Scy-
 thę pater, & indici elephantes res sunt non usq;
 adeo abiectę & contemptibiles. Deinde q; neq;
 per largitionem, aut prodigionem mihi venūdari
 passus fuꝝ victoriā. Sed neq; deierauī unq;, aut p
 nugas a pollicito recessi. fidēq; solui victoriæ gra-
 tia. Adde q; incruenta pugna de Gr̄cis triūpha-
 ui, & Thebęs. Audisti em̄ forte quo pacto in di-
 tionem meam postremo cōcesserint. PHI. No-
 ui hæc omnia ex Clito, quem tu inter epulas, eo
 q; nomē meū celebraret, & meas res gestas cū tu
 is cōferre auderet, trajecto p corpus illius telo, tū
 jugularas. Macedonicā deinde chlamydē abiectis,
 candyn, pessicū amictum, rēcepisti (ut aiunt)

MANIVM DIALOGI E LV.

& tiaram, sequutus quorundā consiliū, reliquisti.
Vt ne interim cōmemorem, q̄ a Macedonib⁹, vi
ris utiq̄ liberis, adorari te in animū duxeris. Et q̄
dem, quod maxime omniū erat ridiculū, vīctorū
abs te mores imitatus es. Tempero mihi, ne me
morem alia quę turpiter admiseris in mulieres, q̄
rum usus es consuetudine, maritis interea in leo
num claustra reclusis. Q̄q̄ Ephestionē plus q̄
esset satis amaris. Vnū proinde est quod solū lau
do abs te gestū, in Darij uxore videlicet, forma p̄
stante, quia ab illius complexu abstinueris, & ge
nitricis illius, atq̄ filiar̄, ne vim paterent curā sus
ceperis. Regiū certe id opus extitit, quod tum fa
ctitasse te accepim⁹ns. ALE. Quomodo aut̄ tidi
non probatur pater, q̄ in Oxydracis gente indi
ca, lubens me in periculum coniecerim: atq̄ acce
ptis plurimis vulneribus, muros primus omni⁹
transilierim? PHI. Non probbo Alexander. Ne
q̄ id quia pulchrū esse negem, vulnerari quādo
q̄ imperatorem, & in subeundis periculis preten
tare viam, sed quia ex re tua isthuc erat minime.
Siquidē pro deo habitus, quos ore risus præbe
bas spectatorib⁹, quando post acceptū vulnus,
ab exercitu magno tumultu direptus, moerens ac
eiulans sanguine fluitabas? Adde q̄ Iupi⁹ham,

O. LVSCINIO INTERPRETE

mon, magus, vates, & assentatores cuncti qui te
deū esse prēdicauerant, rei mendaciū palam tū ar
guebantur. Non em̄ video qualiter risum conti
neat, qui Louis filium viderit animū deīcere, & in
desperatione rēs efflagitare medicorum auxilia.
Denic̄ quū iam tandem mortem obieris, quē cre
das obsecro qui confictā illam adoptionem, qua
Louis dictus es filius, non carpat maledictis: Po
tissimū ubi dei cadauer porrectū iacere, turgidū
fane, & prēter alioꝝ corporum morem contactū
suo omnia labefactans, aspexerit. Ceterum quod
ais Alexander, tibi fuisse conducibile, quo facili
us rerum potireris: id p̄ profecto multū tibi gloriæ
ex bene etiā ac strēnne gestis eripuit. Nā ꝑꝑ in
signiter multa, tamē dījs longe inferiora agere vi
sus, vacillare ob hoc iudicatus es, & tota ratione
deficere. ALE. Haud quaꝝ de me isthuc senti
unt mortales quod de dījs. Sed cum Hercule me
& Baccho conferunt, veluti ȝmulū, paric̄ cum il
lis gloria certantē. Aornum nanc̄ lacum ab illis
necdum armis subactum, ego facile coepi. PHL.
Etiāduꝝ videris ista ut Hāmonis filius dicere: qñ
nec Baccho quidē cedis, aut Herculī. Sed nec eru
bescere nosti Alexander, solitamue dediscere ar
rogantium, & ipm dein noscere, vel iam tandem sa
h ij

pere, etiam si serius, ubi sato occubueris.

Antilochi, & Achillis.

ANTIL

Venam sunt illa Achilles, que tu Vlyssi iam.

Quoniam cōmemorādo in mortis dedecus p̄ci,
puū exequutus es, & quidē ignobilis in primis, ac
Chirone atq; Phoenice, quibus tu aliquādo usus
es praeceptoribus, parū digna. Audiui em̄ magis
ex re tua futurum tibi videri, si vilis agricole mu-
nus obiens, inopi, cui nec vīctus suppetat, loces
operam, q̄ ut oībus vita functis domineris. Que
si rūdis quidā plæbeius, ex media Phrygia ortus,
atq; immodicus insup etiā vitæ affectator diceret,
ferendū forte id esset, atq; condonandū nōnihil
rusticitati. Ver̄ ex Peleo prognatū, & ex oī he-
roum numero periculor̄ cōtemptorē acerrimū,
in tā abiectā & humilem de seip̄o descēdere op̄i-
tionē, fœdū sane atq; pudendū in primis. Deniq;
ijs quæ in vita strēnue gesseris, equidē haud scio
quomō ista cōueniāt. Nā dum in Pthio regnare
tibi ad senectā usq; licuisset, citra gloriā tamē, tu
gloriosam oppetere mortē maluisti, q̄ potiri re-
gno. **ACHIL** Necdū feceram o Nestoris sobo-
les, rer̄ ear̄ periculū, & qd cui p̄ferrem ignorās,
gloriolā hāc infelicē p̄posui vite. Atq; sero iā tan-
dē intelligo q̄ egerim iprudent. Apud viuos em̄
reperias forte q̄ res bene gestas celebrent literar̄.

monumētis: sed hic apud manes nō video & fru
giferū opus effecerim, ubi unus est honos omni
um. Sed neq; vires iam adiunt corporis Antiloche,
aut forma. intercederūt oīa: pari reī statu visunt
oīa: nullū sapientiae, aut alterius rei discrimen est.
Adde q̄ nulli iā ex troianorū mortuis formidabi
lis sum, nemini grecorū venerādus. prorsus idem
cunctis existit de mortuis sermo, siue boni fuerit,
siue improbi. Hęc sunt q̄ me angunt & misere so
licitant: quia nō magis iam l̄co operas & viuo.

ANTI. At vero Achilles; quid agat quispiā: qñ
sic natura comparatū est, ut oēs prorsum cogant
semel vitā relinquere. que lex quū in uniuersu᷑ iā
obtinuit, nec abrogari ullo modo queat, patet
hanc feras oporret. Ceterū aspice nos quanti pe
nes te sumus. deniq; & Ulysses quoq; post pusil
lū adueniet. Vnde solatiū tibi merito afferet socie
tas: id quod & alijs in rebus plerunq; usū venire
solet. Nō em̄ solus videris in hæc mala cōiectus.
En tibi Herculē, Meleagrū, & alios plærosq; qui
nō parē multos in admirationē traxere: & n̄ qđē
(ni fallor) haud quaq; in vitā vident̄ reddituri, si q̄s
eos ad inopes, & victu indigos mittat ut illis pro
mercede seruiant. ACHIL. Amica qđē hæc est
admonitio: verū haud scio q̄ pacto eorū q̄ in vi
ta agunt mēoria impēdio me excruciat. Q̄ & sic
michi persuadeā, ut vos idē teneat

MANIVM DIALOGI E LV.

malū, etiam si non palam confiteamini: ne quiores
sane in eo, q̄ tacite huiuscemodi per quietē tolē-
ratis. ANTI. Non equidē Achilles, sed longe ti-
bi prēstamus, quippe qui intelligimus, q̄ sit inuti-
le de ijs rebo verba facere. Silere em̄ iā nostrū est,
& equo aio sustinere oīa que accidūt, ne tibi affe-
ctu isto similes, ridiculi oībus merito videamur.

AEaci, Protesilai, Menelai, & Paridis. AEA.

Q Vamobrē Protesilae in Helenā irruens, strā-
gulas miserā: PRO. Q uia huius causa Aea-
ce domū e fundo in mediū euectam, nondūq̄ ab
solutam, simul cum uxore recens nupta relinq̄ns,
interij. AEA. Author certe huiuscē rei Menela-
us est, qui vos ad Troiam usq̄ traxit huius mul-
eris gratia. PRO. Recte ais, nam is mihi iā pe-
tendus est. MENE. Nō me vir optimē, sed mul-
to equeius Paridē adoriare, qui hospitio a me sus-
ceptus, coniugem meā prēter omne phas allexit,
diripuit, abduxit. Vnde iure optimo cōmeritus
est: ut non modo abs te, sed ab oībus simul grā-
cis ac barbaris stranguletur, quoq̄ ille certissima
extitit necis occasio. PRO. Itaq̄ quando melius
iam id visum est, ego te scelestē Paris cōprehē-
sum semel non dimittam e manibus. PA. Inge-
nue fateor Protesilac, non nihil est quo deliqui.

Q. LVSCINIO INTERPRETE

41

mus, sed non nisi tuis adiuti artibus. Cur em̄ neq; gem me tuq; esse professionis? amator eque sum ac tu, deinde eiusdem dei subditus imperio. Verz non est cur expertū te doceam, q; urgens ac vio- lenta res sit amor. Nā genius quispiā haud dubie nos impellit quo vult, cui nullę unq; vires queāt resistere. PRO. Bene dicas, utinā igit̄ Cupidinē deū hic inuadendi nobis copia detur. PA. Ego tibi facile pro Cupidine respondero quæ nullo iu re possis refellere. Amoris em̄ (dicet) pīnde ac Pa ridi forte occasio fui: sed perniciē ipse tu Protesī lae tibi citra alterius cuiusvis culpā attulisti. In cōflictu em̄ Troiano in aciem primus exiliens, obli- tus recens nuptę coniugis, & glorię īmodicus siti tor, periculi auidus, cum primis congregiens oc cubueras. PRO. Ego pro me respondebo AEa ce, quę et quius audias. Siquidē ego haud quaq; necis ip̄e meq; author extiti, sed magis fatum, cu- ius ductu primariæ belli cohorti inuolutus sum.

AEA. Reete actū. Sed num alius quispiā est q; fatum impulerit?

Menippī & AEaci. MENIP.

D Er Plutonem te obtestor AEace, ut mihi oīa perdiscēdi potestate facias quę hic sunt apd' inferos. AEA. Non admodū in prōptu est Me

i

MANIVM DIALOGI E LV.

nippe, ut omnia coghoscas. At vero in primis disce, alterū ex ijs duobus Cerberū esse, alterū portitorē qui te transuexit. Paludē dein nosti, & igneū Phlegethonta, qua tibi huc patuit accessus:

ME. Intelligo hæc. Custodis quicq; te vice esse cognoui: regem tartaror; vidi, & furias. Ver; homines velim mihi ostendas prisci qui, & ex illorū numero potissimum celebriores. AEA. En tibi hic Agamemnonē. hic Achillem, a quo nō longe abiit Idomeneus. deinde Vlysses, insuper Ajax, & Diomedes, optimi quicq; viri grecor;. ME. Pape, q; abiecta sunt capita illa Homere, iā olim rhapsodijs tuis decantata, humi sane procumbentia passim, ac deformia, nulliq; cognita, deniq; oīa nil preter puluerē, & inania fabulamenta: ut ne interū unice demiret hasce rara qdā fragilitate cerutes. Sed hic AEace quisnā est? AEA. Cyrus. Ille vero Croesus, & ppe eundē Sardanapalus. post quos Midā videre licet, & Xerxem. ME. Qui factū est scelestē, ut uniuersa te exhortuerit Gracia, Hellespontū ditioni tuę adiungentē, & p mōtes nauigandi cupidum? Aut quis Croesus est? Sed Sardanapali queso me sinas caput contundere. AEA. Ne quicq; isthuc tibi concesserim. cōminueres enim molliculo homini, & effeminato;

O. LVSCINIO INTERPRETE

42

craniū. MEMIP. Non profecto, sed magis in
plicas coaptarem semiuiro isti. AEACVS. Si
lubet iam monstrabo tibi sapientes. MEN. Ita
per Iouē. AEACVS. Primus hic Pythagoras
est. MEMIP. Saluus sis Euphorbe, vel Apol-
lon, aut si alius esse malis. PYTHA. Et tu ma-
xime o Menippe. MEN. Aureū ne tibi adhuc
femur est? PYTHAGO. Non, sed age, nūquid
viatricum habes in pera? ME. Fabas vir optime,
vir illis tu non vesceris. PYTHAGO. Præ-
be solum Menippe. alia enim apud inferos sunt
decreta. proinde iam didici, q̄ nihil hic fabis cum
hominum pudendis conuenit. AEACVS. Af-
pice hic Solonem illū Execestidis, Thaletem. &
penes illos Pittacū, aliosq; septem omnes, si vi-
dere lubeat. MEN. Alacres n̄ solum Aeace mihi
præter cę̄tos, soliq; anxietatis & tristicię omnis
expertes videntur. Sed ille quæso qui veluti pa-
nis quidam subcineritius undiq; scatet cineribus,
sed & turgidus est igni, varios mentitus colores,
quinam esse queat? AEACVS. Empedocles
is est Menippe semicoctus, huc ex AEtna mon-
te dimissus. MEN. O eripes optime, quid te ads-
egit obsecro, ut in crateras te dares præcipitem?

EMPEDOCLES. Melancholia

i ij.

MANIVM DIALOGI E LV.

quædā Menippe. ME. Nō equidē, deum testor,
sed magis cenodoxia, id est vana gloria, fastus &
arrogantia te ignitum reddiderūt, cœctis flāma-
rum vi ferreis illis (quibus usus es) crepidis, tanq;
te non admodū dignis. Cæteræ nō video quomodo
istud tibi profuerit diuinitatis cōmentū, quādō te
flāmis enecato, tum palam reddideris eā quādā
tea moliebare imposturā. Socrates vero AEacē
ubinam est: AEA. Apud Nestorē & Palamedes
dem, meras illis proferens nugas. ME. Atqui i-
pendio cupidus essem illū videndi, si hic liceat ho-
minē cōuenire. AEA. Viden caluū hunc? ME.
Ego hic præt caluos video neminē. cōmune (me
Hercle) omnibus id est indicū. AEA. Simum il-
lum dico. ME. Ne in hoc quidē iam ullū discri-
men est: quū omnes eque naribus sint contortis.

SO. Men quæris Menippe? ME. Te Socra-
tes potissimū. SO. Quid agitur Athenis? ME.
Multi ex recentioribus (ut habet fama) philoso-
phantur: quos si ex habitu perpendas & incessu,
facile summi apparebunt philosophi. Alij pleriq;
Aristippū emulan̄, & Platonem: quoꝝ alter un-
guentū olebat, alter Siculis tyrannis assentari e-
gregie didicerat. SO. Sed de me quid sentiunt?
ME. Felicem prædicant, cunctos in cui admirā-

O. LVSCINIO INTERPRETE

tionem olim tractos aiunt: & omnia haec te arbitratur praeuidisse. Sic enim (puto) citra cuiusvis gratia dicenda veritas est. SO. Multus apud illos mihi super hac re quicquid sermo erat, at illi oīa veluti commenta irridebant. MEN. Sed quinam penes te agunt? SO. Charmides Menippe, & Phaedrus, cumque ihs ex Clitio natus Alcybiades. ME. Eya Socrates, videris mihi nihil preter solitum agere: quādo etiādum pulchritudine caperis. SO. Ego qua rē alia potissimum me oblectem nefcio. VER. nisi aliter tibi visum sit hic prope accumbas. ME. Iouem testor, ad Croesum mihi, & Sardanapalū abeundū est, quibus non tam alia ob causam cōmorabor, quod ut eore ciulatum audiens rideam effusius. AEA. Et ego quoque iam abeo, prouisurus ne mortuus aliquis conspectū nostrū clam effugiat, multa posthac visurus es Menippe. ME. Abi igit AEace, abunde mihi satis factum est.

Protesilai, & Plutonis. PROTE.

AGo te principem, simul ac regem, insup & Iouem nostrū Pluto, pariter cum coniuge illa tua Cereris filia, oratum velim, ne preces asperneris amatorias. PLV. Tu ne es qui nrā eges opera: aut num est quispiā ctius votis præbere aures debeamus? PROT. Protesilaus sum ex Iphi,

MANIVM DIALOGI E LV.

elo progenitus, amator, & gr̄coꝝ cōmilito, qui
primus ad Troiā pugnans occubuit: idcꝝ a te ob-
tinere precibꝝ cupio, ut parumper redire possim
in vitā. PLV. Omnes profecto quotqꝫ vita de-
functi sunt Protesilae, huiuscēmodi sunt amato-
res. Nemo em̄ ex ijs est qui restitui vitæ, magno
ardore nō defyderet: vere non fiunt istius rei tan-
topere adamat̄ compotes. PRO. Non est car-
tarce princeps, cur vitam adeo vehementē concu-
piscā, uxoris quā nouissīe duxi amore diseruicior,
relicta em̄ illa in thalamo, nauigio inde digressus
sū: atcꝝ nō ita m̄sto post ifelix ab Hectore in tro-
ianorꝝ conflictu trucidatus. Amor itaqꝫ uxorius
haud mediocrit̄ me solicitat, necqꝫ undqꝫ sinet qui
escere: nisi tuo beneficio, Imperator invicte, partū
per dimissus, uxoris meę fruar cōsuetudine. PL.
Nunquid Letheo flumini labra admoueris Pro-
tesilae? PRO. Maximopere o rex, sed vicit vim
aque amoris īmensitas. PLV. Prestolare igī, &
indubie tibi psuadeas qñcꝝ futurū, ut & ip̄a qcꝝ
huc veniat: quo minus opus est, ut ī vitam ad hāc
proficiscaris. PRO. Atqui morę omnis p̄cꝝ im-
patiens sum Pluto, id quod & tu quandoqꝫ in re
amatoria didicisti: compertū ex eo nimis habēs
quātarū viriū existat amor. PLV. Quid iuuat

O. LVSCINIO INTERPRETE

obsecro, per dieculam dūtaxat vitam viuere, & mox ad eundē redire luctum: PRO. Persuasus mihi habeo, q̄z facile illam sit pellicere, ut huc rediens, eam adducā comitem, quo iacturā mei solius mortui per diem dimissi, duplicito tibi mortuoꝝ numero resartiam. PLV. Nephias est pfecto hęc fieri posthac: quando ne retroacto qđē tēpore id quandoq; licuerit. PRO. Sine te eius rei cōmonefaciā Pluto. Orpheus Euridicen aste & uxore in pari amoris causa restitutā accepit. Sed & Alceste, quę mihi erat cognata, in Herculis fauorē libere dimissa est. PLV. Sic ne visum est tibi, ut formosę illi sponsae recens nuptę iungaris: deformis ip̄e & caluaria renudatus? Aut quonā pacto te alsp exerit, quę ne agnorit quidē? Id certe scio, q̄ aspectu tuo absterrebis & aufigiet: tuq; re infecta rursus tartara petere cogeris, PROSER. Tu igit̄ Pluto marite, Mercurio iube, ut huic malo medeatur, quod fiet, ubi cōtactu virgę Protesilaū simul atq; in lucē emerserit, iumentuti restituerit, adeo ut pristinam recipiat formam, quā habebat egrediens thalamum. PLV. Quādo in illa sentētia es Proserpina, reducito eū ad superos, q̄ rursū sponsus fiat. At tu Protesilae, ne unicū diem tibi statutū pretergrediaris caue,

MANIVM DIALOGI E LV.

Diogenis, Antisthenis, & Cratis. DIO.

Q Vandoquidē oculū nobis est o Antisthenes,
& tu Crates, cur oro non deambulamus &
primos inferni recessus petimus, visuri quinā sint
quidue agant ex vita huc demigrantes? ANTI.
Quin abimus Diogenes, non enim iniucundum
isthuc erit spectaculū, ut alios videas eiulare ve-
luti perditos, precari supplices alios, & plāerosq;
a Mercurio per collū tractos atq; impulsos, relu-
ctari tamen, & resupinos totis viribus preter fas
reniti. CRA. Ego vobis exponam quę mihi per
viam huc descendentī videnda sese obtulerunt.

DIO. Expone obsecro Crates, ridicula em̄ dī
Etū sunt sat scio quę vidisti. CRA. Multi quidē
alij nobiscū huc descenderunt, sed preter ceteros
quidā insignes magis, quippe locuples ille noster
cui Ismenodoro nomen est. Deinde Arsaces pri-
mas Medie, & Horoetes armenius. Ceterz Isme-
nodorus a prædonibus prope Cithrona Boe-
otiq montē, Eleusinā (uti existimō) petens, eneca-
tus, ingemuit: manibus sese accepisse vulnera, &
liberos reliquissē iam primū partu editos, vocife-
ratus. Proinde constātē incusabat ausus nimii te-
merarios, quia Cithrona montē transmisisset, &
regionē eam quę est prope Eleutherias urbē, ha-

O. LVSCINIO INTERPRĒTE

filibus cōpijs vastatam & desertā trāsiens, duos
 bus tantū comitatus fuerit famulis, quū cymbia
 quattuor & quinq̄ phialas aureas penes se habe
 ret. Cæterz Arsaces vir ætate iam senili, & facie,
 per louē, non illiberali, attamen barbarus, is mō
 rore confessus, vehemēter indigne ferebat, q̄ pe
 des iter facere cogeretur, & nemo equū ad se du
 ceret. nā & is quoq̄ simul cum eo una eadem q̄
 plaga cōfossus. a thrace quodā prope Araxim flu
 uium in conflictū cum Cappadoce interiit. Arsac
 ces em̄ primus ompiū (ut aiebat) equo vectus, im
 petū in hostes fecit. At vero thrax illi cōgressus,
 Arsacis contum, peltam subiens, concuslit, hasta
 illum mox simul atq̄ equū penetrante. ANTI.
 Quinam fieri potuit Crates, ut uno eodēq̄ ictu
 isthuc contigerit? CRA. Facile admodū Anti
 sthenes. Nam illo contum viginticubitalem in
 torquentē, thrax scuto quidē cauit ictum: sed mu
 crone deturbatus, correptā hastam in aduersum
 equi pectus adegit: qui furorē concitus, sese præ
 vehementia sic confudit, ut Arsacis quoq̄ utrū
 q̄ inguen ad nates usq̄ transfixerit. Viden qui fa
 ctum sit, ut equi magis culpa q̄ hostis interierit?
 Cæterz grauiter & iniquō animo tulit, q̄ veluti
 plebējō sibi in media turba versandū, & pedibus

MANIVM DIALOGI E LV.

iter ad inferos emetiendum esset. Horoetes proinde ex vulgi cohorte , pedibus sic erat teneris & molliusculis , ut neq; consistere humi posset, nec prorsus deambulare: id quod Medis plerūq; usu venire solet ubi ex equo descenderint, tū em̄ suspenso gradu, veluti spinas calcantes, vix sumnis pendum incedunt articulis. Vbi igit̄ concidens humi se se prosterneret, necq; ulla ratiōe surrigi, aut promouere volebat, optimus Mercurius in maledicta prorumpens, ad nauim eum traduxit, me in ea impendio ridente. ANTI. Atqui ego descendens, declinaui vulgi cœtum qui tātopere eiulabat, sic em̄ cōmodius me navigaturū confidebam si ceteris cursu anteuerterem, p̄occupato p̄g alij loco. Inter nauigandum autē & anteacq; soluerosus, summa me affœcit voluptate perpetuus ille & constans omniū fletus . DIO. Huiuscemodi quidē vos sortiti estis comites: verū mihi Blepsias e Pirgo obtigit scenerator, & Lampis acarnan conductor, Damiscq; ille diues corinthius, quibus cum descendī, tacitus mecū ipse reputans qualis cuiuscq; fuisset vitę exitus. Competū em̄ habebā Damin haustu veneni porrecti a filio occubuisse. Lampin amore Mirtie meretricule afflictū, exhaſſe animam, & Blepsiam lue pestifera attritum

46

O. EVSCINIO INTERPRETE

primo, deinde misere extictum. siquidē pallor & macies extrema apte hęc indicabāt. Ceterę Dami de incusante filiū, iure (inquam) id tibi ferendum est, qui nonagenarius omnibus indulgens volupatibus, ex mille talentis filio adolescenti duodeviginti annos nato, quattuor obolos atq; illos q; dem satis gelide ministrasti. Cōuersus deinde ad Lampin, gemebat eīm & ille atq; deperibat Miriam suam, Acarnan (inquam) cur obsecro. Cupidinem, & non magis teipm damnas, qui periculore omniū contemptor, intrepidus in acie pręliorum decertaris, atq; idem tam generosus bellatorum victor, gemitibus muliebribus, ac fictis lachrymis captus es. Bleplias deniq; taxationē nostram præueniens, dementię suę palam semetipē coarguit. quippe qui perpetuo sibi viuendum arbitratus, opes heredibus quos succedere parum decebat, adseruarit. Porro dictu mirum, quanta nobis ex iſce gemitibus voluptas oborta sit.. Sz in specu iam sumus primoq; tartarorum recessu, unde venientes longe lateq; contueamur operari. Pape, quanti & q; varij generis huc propereant animae, omnes ubertim lachrymantes. Preter infantes quosdam, & fatuos dumtaxat, qui soli tristiciam aut moerorem k ij

MANIVM DIALOGI E LV.

non admittunt. Sed & decrepiti quidā eiulāt: qd
hoc rei est: Forte phlitra vitę degustarūt, quibus
tantopere capti sunt. At cām sciscitari lubet ex il
lo qui extremā egit senectam. Heus tu, quid sibi
hic vult planctus: aut cuius rei desyderiū te ex-
cruciat: quoque pacto in hac ætate mors tibi po-
tuit esse molesta: nunquid alicuius regni sceptra
tenebas: PAVPER. Haud quaç. DIO. Sed
satrapa eras: PAV. Non. DIO. Opulentus
forte eras, atq; isthuc te male habet, q; multas de-
licias morte reliqueris: PAV. Ne hoc quidem,
sed propemodū nonagenario mihi tenuē admo-
dum victum, arundo & funiculus piscatorius pa-
rabat. quid dicam: nemo me erat pauperior. ad
hęc orbus fui, claudus, & caligātibus oculis. DI.
Itaq; in tali rerum statu amor te solicitat vitę:

PAV. Iucundū profecto erat aspicere lucem, &
contra emori graue & horrendū. DIO. Falleris
vetule, & repuerascis. an ignoras, in hac ætate, q
cum portatore nostro tibi utiq; cōmunis est, qd
sit naturę debitum: Mirū profecto quā de se ius-
uenes p̄ebituri sint opinonē, quādo in īs quos
sequi mortē par erat, veluti presentē malorum se-
nectę medicinam, etiādum inuenias tantam vitę
appetentiā. Sed abeamus, ne quispiā qui ad fau-

O. LVSCINIO. INTERPRETE
ces inferni nos reuersos esse viderit, ad fugam ad
ornatos suspicetur.

Menippi, & Tiresiae. MENIP.

T si cæcus es Tiresia, non equidē isthuc facile est cognitu in tanta cæcutientiū turba. q̄s em̄ iam ex nobis est cui non adempto visu, inania sint oculorum receptacula? Nec in proclivi est admodū ostentare quis Phineus sit, aut quis Linceus. Sed per deos te obtestor, quandoquidē vates aliquando eras, & modo mas, modo fœmina: poetas certe audisti (scio) hæc astruentes: vtrā oro, iucundiorem expertus es vitam, virilēne, an muliebrem? **TIRE.** Multis partibus Menippe prestat muliebris Liberius sane a negacijs & (me hercle) superior. quum nusq; non videas dominari mulieres viris. Adde q; nulla illis incubit necessitas belligerandi, nulla excubias agendi pro muris. Non desyderatur in illis artificio sum eloquium, necq; in senatu rogantur sententiā. **ME.** Audistin Tiresia Euripidis Medeam quopacto gynecum cōmiserata, miseras deplorat mulierculas: q; intolerabili obnoxie sint dolori in parturiendo. Sed quoniā in iambos incidimus Medeq, reddas me certiorem velim, nū aliquid peperenis in foemineo illo sexu, an steri-

k ij

MANIVM DIALOGI E LV.

lis & sine liberis muliebrem vitam egeris? TIRE. Quid isthuc est qđ rogas Menippe? ME. Non admodum difficile est atq; anxium Tiresia. Cæterum nisi molestū fuerit respondeas. TIRE. Neq; eram sterilis, nec peperi liberos. ME. Sat est. An pudendis muliebribus præditus fuisses scire volebam. TIRE. Scilicet, præditus fui. ME. Succedente igitur tempore portio illa foemnei sexus euanuit & obstructa est, extensaq; ubera cōtabuerūt virilitate, barba in genis protrudente ubi foemina esse desieras. TIRE. Non video qđ sibi velit anxia hęc q̄stio: q̄q; conūcere licet, te n̄s veluti conflictis denegare fidem. ME. Non inquā hijs rebus fidem prorsus negandam. Sed obiter quędam abs te statui discere: leuia quidē illa, sed de quibus nihil exquisite sit traditum, an fieri ullo pacto possint. TIRE. Iam igitur nec alia credis, sicubi audias mulieres cōuersas tum in aues, tū in arborcs, deinde & in bestias, Philomelā in quam, Daphnen, & Lycaonis filiā. ME. Si dñs placet ut alicubi illas offendam, in procliui tum fiuet, ut quod dicitur sciām. Tu yō num diuinabas dū eras mulier, aut siml' vates & vir eē didicisti? TIRE. Viden ut nescius sis omnium que mecum acta sunt: Quomodo congettationem deorum di-

O. LVSCINIO INTERPRETE

remerim: unde & Iunonis opera captus oculis, a
Ioue in vicem eiusce calamitatis diuinādi munus,
accepimus. ME..Etiamdū in nugis versaris Ti-
resia? Sed facis ut de cet prognosticum. sic enim
apud vos increbuit usus, ut nihil in verbis vestris
sanum sit, nihil integrum.

Agamemnonis, & Aiacis. AGA.

CVm furēs ipse te necaueris Ajax, atq; omnes
nos ferro petēs tuncarī: quāobrē pauloante
Vlyssēm vaticinatur, neq; itueri ī animū induxe-
ris, neq; affari, sodalem plane & cōmilitonem, qn
magis sup̄be nimis incedens prēterieras. AIA.
Haud immerito id feci Agamemnon, nam is mihi
huius vesaniq; causa est, dum solus armor̄ cō-
petitor extitit. AGA. Itaq; dignū putas, ut ne-
mine reluctantē, citra puluerem tibi vīctoria pa-
retur? AIAX. Sic equidē existimo, quādo arma
hęc familię mihi cędunt, quippe relicta a nepote.
Deniq; vos alijq; viri longe pr̄stantissimi, me
cum inire certamen detrectastis, palmam meritis
meis concedentes, cum hic Laertides, quem ego
ſæpenumero ab imminentे capitis periculo vīn-
dicaui, quando cum Troianis cōfligeret, nulla ta-
lium in se meritorum meor̄ habita ratione, pr̄-
ferri mihi, & in armis vendicandis potior haberī

MANIVM IALOGI DE LV.

voluit. AGA. Ego culpam omnē vir generose, in Thetidem reiōcio , quę hereditario quodā iure tibi veluti cognato tradenda , in cōmune omni bus proposuit. AIAX. Non profecto , sed Vly ssis dumtaxat opera totum id accidit. AGA. At qui venia dignus est homo: quisquis glorię, rei lō ge omniū iucundissimę, paulo est appetētior: cuius gratia nemo nostrū non cuncta subiret peri cula. Huc accedit quod causam euicit ex Troiano rum iudicū sententia, qui aduersus te pronūcia runt. AIAX. Nō me prēterit cuius impulsu cō damnationis in me arbitrium exceperim: verę de numine palam efferre quippiam, nephas. Cæterę sic habeto Agamemnon, a similitate quę mihi cū Vlysse est, temperare nequeo, ne si Minerua q dem id faciendum decreto suo imperet.

Minois, & Sostrati. MINOS.

DRædo hic Sostratus in Pyriphlegetontem cōnciat Mercuri, sacrilegius vero ille chimeræ exponatur dilacerandus, relicto interim tyranno hoc penes Prometheū , quo & illi epar æque perpetuo vulturum laniatu ut isti pateat. At vos pīj boniqz ēprimū Elysium campum petite, beatore insulas habitaturi. Nam hæc est quę vos merito maneat merces , ob res bene gestas in vita .

O. LVSCINIO INTERPRETE

49

SOSTRA. Audi obsecro Minos, nisi iniqua
admodum videant quae sum narratus. MI. Nu-
rursus audiam, aut nequod exacta indagine impro-
bum te esse compereris. SOSTRA. Comperi-
sane; sed tu interim quo iure poenas sim daturus,
dispicias velim. MI. Et quidem, si liceat semel re-
ete decreta rescindere. SOSTRA. Attamen re-
spondeas precor Minos, nam breue est quod dicā.

MI. Age dicas, modo citra longas ambages, qn
& alij iam nostrū subituri sunt iudiciū. SOST.
Quae in vita cōmisi, fato ne urgente peracta sunt,
an mea spōne? MI. Fato arbitror. SOSTRA
Igit̄ iam plane cōstat illius nos subditos imperio,
morigerari quoq; eidem, quotquot recte, aut im-
probe agimus. MI. Bene. & Clotho has sibi vē
dicat partes, quippe quae cuiq; in lucē edito mox
prescribit viuendi, gerendarūq; rerum ordinem.

SOSTRA. Itaq; si ad cedem faciendā vi cuius-
piam cui refragari nequeas adactus sis, veluti li-
ctor iussu iudicis hominē iugulans, aut satelles di-
cto principis audiens, si vitam homini eripiat, in
quem occasiōne necis rejicias tanq; in authorē?

MI. Perspicuū est qd in iudicem, aut principem,
perinde atq; mucro omni culpa vacare dinoscit,
eo qd vice instrumēt̄ est, atq; illius volūtati paret

MANIVM DIALOGI E LV.

qui potiorem præbet cedis causam. SOSTRA.
Agedum Minos, quandoquidem abunde nobis
suppetunt exempla, si quis a domino suo ad alios
quem cui aurum argentum offerat, mittatur, cui
acceptum referri debet: aut cuius munificentiae
adscribendum existimas huiuscmodi beneficiū?

Ml. Mittenti plane domino, nam is qui obtulit
ministerio suo fungitur. SOSTRA. Vides igit̄
q̄ inique nobiscum agatur, si per fidum ministeriorum, id quod Clotho fieri iussit exequentes, pœ
nis acerrimis plectendi destinemur, quum gratia
quædam nobis obseruita in rem aliorū impensa,
iure optimo deberet. Ut ne id interim dicam, q̄
coacti mandatis quibus reniti nemo poterat, oīa
effecimus. Ml. Multa sunt, si exæcte tecum pens
sites Sostrate, quæ hac via præter rationē fieri vi
deas, toleranda tamen. Verè tu (ni fallor) ut præ
do, ita & sophista es: & dignum est, ut fructū alios
quem ex hac tua quæstione assequaris. Heus tu
Mercuri, dimittito hūc atq; a cruciatu vindicato.
Ceterū Sostrate ne manes alios pares questiones
mouere doceas, etiam atq; etiam caue.